PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 248r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

causa dicenda est / ut sophocles a pistandero interrogatus si sibi
quoq; ut ceteris consiliarijs iusum fuit quadringentos
uiros constituere respondit / An hec improba tibi non iu-
debantur / et ille tu ergo hec improba comprobasti / Ita
dixit nec enim erant meliora / Et ut lacedemonius quidam
censure rationem reddens: interrogatus q; si iure sibi ceteri
perempti uidentur / dixit / Ergo tu eadem istis censuisti / At
ille ergo tu quoq; iure pibis / minime inquit / Nam illi corrupti
pecunia hec iudicarunt / Ego uero nequaq; / sed sententia
Ceteris propter nec euersus propter conclusionem interroga-
dum est / nec iterato conclusionem ipam / Quoniam uero
ridiculorum quoq; usus in certamibo est / oportere q; gorgias
recte dicebat aduersariorum seria risu puertere / et risum
serijs / explanatis q; in ijs que de re poetica dicta sunt
quot ridiculorum genera sint / quorum alia liberis congruunt
alia non / Inde que rei conueniunt / orator assumet / Est
autem illusio studitate libero magis idonea / Nam qui
illa utitur / sui / stuttia uero alterius gratia loquitur /

Peroratio ~~uero~~ autem ex quatuor constat / ex ijs q
faciunt / ut bene de nobis male de aduersarijs au-
ditor sentiat / que amplificant aut extenuant /
quibus in affectus auditor impellitur / quibus in memoriam
dictorum reducitur / natura enim fit / ut cum te quidem
uerace aduersarium nota uero mendacem ostenderis / tui
uel laudes uel uituperes / et omnio superioris / Est autem
horum duorum alterum considerandum / aut q; hijs semp bona
aut simpliciter / ille uero q; hijs infestus aut simpliciter /
Inde uero tales boni aut infesti fiant / iam dicti sunt loci
Post hec autem natura dicere / quod iam demonstratum
est / aut amplificandum aut attenuandum est / Opus enim
est / ut que facta sunt pateant / prius q; ipsorum quitates
explicetur / Nam et corporum ~~intentum~~ ex preexistentibus incrementum
est / Inde autem amplificandum attenuandumq; est / iam